Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& corporis. amen. Post communionem
Quod ore sumpsi domine mente capiam. ut de corpore & sanguine domini nostri ihesu christi fiat in remedium sempiternum. amen. Post missam
Placeat tibi sancta trinitas obsequium servitutis mee. & presta ut sacrificium quod oculis tue pietatis ego indignus obtuli. tibi sit acceptabile. michique & omnibus pro quibus illud obtuli sit te miserante propitiabile. Per dominum. Post missam sequatur
Meritis & intercessione istorum atque omnium sanctorum suorum misereatur nostri omnipotens dominus. Amen. antiphona
Trium puerorum cantemus ymnum quem cantabant in camino ignis benedicentes dominum. Versus Benedicite. o. Versus Laudate dominum in sanctis. Pater noster. Et ne nos. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Exultabunt sancti in gloria. Exultent iusti in conspectu dei. Non nobis domine non nobis. Sacerdotes tui induantur iusticia. Ne intres in iudicium cum ser. Domine deus virtutum converte nos. Domine exaudi orationem.
Deus qui tribus pueris mitigasti collecta flammas ignium. concede propitius ut nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per. Alia
Actiones nostras quesumus domine aspirando preveni. & adiuvando prosequere. ut omnis nostra cogitatio & oratio nostra operatio a te semper incipiat. & per te cepta finiatur. Per. Ad aspersionem
Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro aeuia. et omnes ad quos pervenit aqua ista salvi facti sunt & dicent aeuia aeuia. Confitemini d.
In die resurrectionis mee dicit dominus aeuia congregabo gentes & colligam regna et effundam super vos aquam mundam ae uia.
Cum rex glorie christus infernum debellaturus intraret et chorus angelicus ante faciem eius portas principum tolli preciperet sanctorum populus qui tenebatur in morte captivus voce lacrimabili clamaverat advenisti desiderabilis quem expectabamus in tene